gere et cogi facere omnes et singulas uni-
versitates Castrorum et Villarum que
propinquiores essent infrascriptis flumini-
bus et formis: que teneantur et debeant
elevare et radicitus devastare omnes et
singulas clausas, muros, pilastros: et om-
nia alia impedimenta facta et impo-
sita in fluminibus Caine et Nestoris.
que non possint remanere secundum
formam statutorum. Et quod dicti offi-
ciales teneantur et debeant ad petitio-
nem cuiuscumque petentis facere expediri
et remundari omnes et singulas res existen-
tes in dictis fluminibus et in quibuscumque
formis que haberent seu prestarent vel
prestare possent impedimentum cuiqui
aque ad penam xxv. lib. den. de suo sa-
lario.
Teneantur etiam dicti officiales cogere et
constringere et constringi facere omnes et
singulas personas habentes terras et possessio-
nes iuxta ipsas formas et flumina vel eti
am illos ad quos spectat utilitas qui mit
tant et mittere debeant et incupare et
de novo mittere ipsas formas in termino
dato per dictum officialem ad hoc ut
non possint prestare impedimentum
et libe-

18
64

et liberum habeant decursum aquarum.
Et quicumque contrafecerit et madato vel
precepto dictorum officialium vel alicuius
eorum non obedierit puniri debeat per
dictum officialem vel alium ex parte cuius
fuerint facta mandata et precepta in
xxv. lib. den. pro vice qualibet et quilibet
possit accusare coram dicto iudice et ali-
is officialibus comunis Perusie: et tenean-
tur et debeant de facto sine aliqua sollem-
nitate iuris tali inobedienti dictum bannum
et penam exequi et pontes massarios et
communes faciant destruire; et nihilominus
teneatur precepta et mandata servare
et executioni mandare.

Item statuimus et ordinamus quod offici-
ales super viis comunis Perusie teneantur
et debeant vinculo prestiti iuramenti ad
petitionem cuiuscumque petentis cogere
et compellere, cogi et compelli facere om-
nes et singulas personas habentes res et posses-
siones iuxta quascumque stratas sive vias
positas et sitas ubicumque per comitatum
et districtum perusie ipsas formas mittere
et incupare et remundare et ampliare
et dirizzare et omnia impedimenta impo-
sita in ipsis formis existentia et decurren-
tia habeant liberum cursum et exitum.
Et possint et debeant ubicumque per to-
tum comitatum et districtum Perusie ne-
cesse fuerit seu utile mitti facere formas
expensis illorum ad quos pertinent utili-
tas. Et illi qui habeant facere iuxta vi-
am publicam teneantur mittere formas iux-
ta ipsas vias et missas manutenere. Et
possint cogere et compellere ad predicta
cultivatores et laboratores terrarum et pos-
sessores quarumlibet ad petitionem cuiuscum-
que realiter et personaliter de facto ali-
quo

quo non obstante. Et possint et debeant
etiam dicti officiales cuilibet inobedienti
circa predicta penam imponere et cum
effectu exigere pro comuni XXV lib. den.
que pena tali inobedienti exigatur et
auferatur de facto pro comuni sine accusa
et inquisitione et sine denunciatione. Et
si dictus iudex et officialis fuerint negligen-
tes in predictis tempore sui sindicatus solvere
teneantur et debeant comuni Perusie de
suo salario C. lib. den.

Item statuimus et ordinamus quod nemo au-
deat vel presumat facere vel fieri facere ali-
quam turpitudinem immunditiam mittere
vel pannos lavare in fontibus comunis Peru-
sie sive publicis sive non vel prope ipsos fon-
tes per decem passus ad penam XL sol. den.
pro vice qualibet qua inventus fuerit vel
probatum fuerit: et nullus possit nec debe-
at se in dictis fontibus vel aliquo ipsorum bal-
neare ad penam C. sol. den. pro vice quali-
bet: et quicumque fuerit repertus balneare
in aliquo fonte novo in quo est aqua bona apta
ad bibendum ad usum hominis solvat pene no-
mine X. lib. den. Et de predictis et qualibet
predictorum potestas et capitaneus et eorum
officiales possint et debeant ex eorum offi-
cio cum promotore et sine promotore inqui-
rere et inquisitionem facere et culpabiles re-
pertos sive inventos in dictis penis punire et
penam de facto auferre.

Ad hoc ut in fontibus non fiat turpitudo sed
mundius teneantur. Statuimus quod nulla
persona audeat vel presumat facere habere vel
retinere prope aliquem fontem prope Civita
tem Perusii per unum miliare aliquam fos-
sam ad litamen prope aliquem dictorum fon-
tium per centum passus ex parte superiori,
nec prope dictum fontem ex aliis lateri-
bus ad XX passus et qui contra fecerit solvat
pene nomine X. lib. den.

Et volumus

Et volumus quod superstantes viarum et dictus
notarius legas factas in viis et fenestras ut aqua
decurrat in ipsas fossas et trosciaspenitus des-
truant, et destrui faciant. Et quicumque
habet vel habuerit arborem super aliquo
fonte comunis Perusii vel prope aliquem
fontem ad decem pedes teneatur in termi-
num eidem assignandum per potestatem vel
capitaneum vel eorum vel alterius eorum iu-
dicem vel officialem removere, et qui contra-
fecerit solvat pene nomine pro qualibet ~~arbore~~
C. sol. den. et nihilominus arborem vel arbores
incidi facere teneantur dummodo vites non de-
beant incidi facere que non pendent super fon-
tes.
Civi vero predicto qui esse debet super Taber-
nariis etc.
Et idem civis etc. contra omnes et singulos qui
tenent porcos etc.
Et nullus possit habere nec tenere bancam seu
aliquod aliud impedimentum sub portis Civi-
tatis vel Burgorum Perusii et sub arcubus ip-
sarum portarum. Et qui contrafecerit punia-
tur pro vice qualibet in x. lib. den. Que pena
de facto a contrafacientibus per dictum civem
auferatur, de quibus predictus civis sub pena
xxv. lib. den. inquisitionem facere teneatur.
Salvo quod non intelligatur in banchis macel-
lis suptus portam magnam porte Sancti
Angeli que possint teneri impune.
Et nulli liceat a portis seburgorum perusii
supra versus Civitatem Perusii ducere seu
duci facere currus carrectas seu rotas pena
pro quolibet contrafaciente et qualibet vice
xxv. lib. den. Et de predictis quilibet possit
accusare et habeat meditatem banni: et
credatur sacramento accusatoris cum uno
teste de visu: et nihilominus potestas et
capitaneus et eorum iudices inquisitionem
facere

facere teneantur cum promotore et sine promotore pena xxv. lib. den.
Et quod massarii Communis Perusii teneantur et debeant in festo S. Antonii etc.

Additio

Additio quod mercatores et artifices in platea magna et supramuri dicte Civitatis existentes non possint nec valeant verrendo et mundando eorum fundicos et apotecas projicere immundiciam nec spazaturam nec mures mortuos nec aliquam sordem in dictam plateam sub pena xx sol. pro qualibet vice et pro quolibet contrafaciente: que pena sit et esse debeat officialis facientis executionem.

Additio ad §. item statuimus etc.

Addentes etiam quod officiales predicti tam ex eorum officio, quam etiam ad instantiam cuiuscumque petentis sub dicta pena teneantur et debeant facere et curare quod forme fore immisse seu que immitterentur in viis seu iuxta vias vel que aliquam partem viarum ceperint vel impedirent quod forma et forme predicte per dnos fundorum vel agrorum vel eorum laboratores seu coptumatarios et detentores repleantur et ad debitum modum et mensuram reducantur adeo quod vie predicte ad debitam formam latitudinem et comoditatem reformentur et reaptentur ipsorum dominorum et aliorum de quibus supra sumptibus et expensis aliqua prescriptione et lapsu temporis etiam longissimi

temporis

63v

temporis non obstante.

Addentes etiam quod si aliquae viae apparerent devastatae adeo quod earum iter impediretur officiales praedicti possint et debeant loca impedientia sgrippare et explanare et arbores contiguas incidere et incidi facere per dictarum viarum reaptatione et instauratione sine aliqua pena.

Addentes etiam quod praedictum statutum et capitulum antedictum loquens de cum sociis et militibus loquatur et locum habeat et intelligatur de aliis officialibus dictae civitatis quibuscumque et quocumque praedictorum.

Declarantes tamen quod per praedicta non censeatur nec sit adempta aut aliquo modo diminuta iurisditio et officium officialis communis Perusie de quo in hoc libro: et quod per concursum se invicem impedire non possint immo quod per unum inceptum fuerit per alium prosequi et finiri possit.

Lib. 1. stat. fol. XV.

De quibusdam pertinentibus ad officium maioris sindici
Rubr. 16.

Statuimus etc.

Teneatur et debeat dictus maior sindicus et iudex iusticie ex debito sui officij, et ad eius spectet officium facere fieri aptari et explanari et sterni vias comitatus et districtus Perusie a portis burgorum civitatis extra: et facere occupatas exoccupari et expediri prout eidem sindico videbitur faciendum et secundum ordinamenta et statuta facta et quae fierent super viis faciendis

aptandis

aptandis et exoccupandis et explanandis ampliandis et reficiendis et quod teneatur et debeat ire personaliter quotiens fuerit opportunum et etiam alterum ex suis notariis mittere in comitatum et districtum Perusie expensis tamen dicti maioris sindici ad videndum et faciendum vias fieri explanari refici et reaptari omni modo quo viderit sibi melius fieri et comodius fieri posse.

Decernimus etiam et presenti statuto firmamus quod predictus maior sindicus et iudex iustitie habeat potestatem et auctoritatem universitates castrorum et villarum et homines singulares de comitatu et districtu Perusie compellendi ad faciendum fieri aptari explanari ampliari et refici vias quam aptatione ampliatione explanatione seu refectione aliqua indigebunt et penas et banna imponendi obedire recusantibus scilicet universitati castri vel ville usque in quantitatem C. sol. den. Et singulari persone usque in quantitatem XX. sol. pro vice qualibet qua recusaverint obedire, et in penis et bannis in quas et que inciderint dictus iudex valeat condemnare

Volumus tamen quod aliqua via vel platea nova vel de novo fieri non debeat intra civitatem et burgos nisi fieri provideatur per dominos priores artium ad minus septem in concordia et triginta camerarios de quibus viginti sint in concordia. Similiter in comitatu et districtu Perusie extra portas burgorum civitatis Perusie nulla via nova vel de novo fieri debeat nec possit in aliqua parte nisi fuerit deliberatum ut supra dictum est.

Volumus tamen quod quando sic deliberatur quod fieri debeat quod nullum damnum alicui

[illegible]
alicui fiat nec detur in civitate vel burgis
nec in comitatu vel districtu Perusie occasione
alicuius vie vel aptande vel mutande vel ampli
ande vel reficiende et reparande per terrenum
alterius vel alio modo aptande vel fiende nisi
primo damnum fiendum occasione dicte
vie extimetur et de dicto damno extimatio
fiat et satisfactio dicti damni et solutio il-
lis quibus dictum damnum daretur vel aliquo
modo vel causa. Et antequam dicta extima-
tio et solutio dicti damni occasione dicte
vie fiat ad dictum damnum faciendum et
ad viam faciendam propter quam alicui da-
mnum daretur per aliquem officialem comunis
Perusie nullatenus procedatur nec procedi
possit aliqua ratione vel causa. Que exti-
matio fiat et fieri debeat per duos bonos homi-
nes eligendos unum per illos qui reciperent
dictum damnum, et alium per dictum maio-
rem sindicum et iudicem iustitie. Qui ma-
ior sindicus ad petitionem cuiuscumque pe-
tentis teneatur et debeat infra octo dies
fieri facere electionem et ipsos cogere ad eli-
gendum bonum hominem pro parte sua: et
ipse infra dictum tempus eligat alium et
facta electione ipsos iurare quod ipsam
extimationem faciant bene et legaliter
infra terminum octo dierum et si non
erunt concordes ipsi duo cogantur realiter
et personaliter infra secundam diem post
dictum terminum octo dierum eligere ter-
tium. Qui tres infra alios octo dies immedia-
te sequentes teneantur dictam extimatio-
nem facere de quibus duo in concordia suffi-
ciant quod si non fecerint in pena C. lib.
den. incidant. Quam penam dictus maior
sindicus et iudex iustitie de facto debeat au-
ferre sine sententia vel processu qua exti-
matione facta teneantur et debeant di-
cti

Rubrica 116. L. IV.

Stat. Perus. R. 116. f. XXXII.v 1528. Renov.

Terminazioni

„ Quod terminationes, et pilastrationes comunantiarum comunis Perusiae fiant. Et de sindico comunis Perusiae eligendo ad locandum ad laboritium terrena, et possessiones Clusij perusini, et de ejus cultura, nec non villis et castris per laboratores habitandis, et multis aliis ad dictum Clusium spectantibus et pertinentibus.

Statuimus et ordinamus quod novitates inventae, divisiones, ~~et pilastrationes~~ terminationes, diffinitiones, tabulationes, mensurationes, et pilastrationes factae, et ordinatae, et gestae, et terminatae de juribus terreno, rebus possessionibus et comunantiis comunis Perusiae in Clusio perusino, vel alibi valeri debeant perpetuo, et sint ratae et firmae secundum quod dominis Potestati et Capitaneo et officialibus comunis Perusiae videbitur utilius pro comuni etc.

Le terminazioni, novità divisioni, tavolazioni, misure, e pilastrazioni del Chiugiano perpetue.

Et quod pro comune Perusiae sindicus ordinetur et constituatur, qui habeat in scriptis speciale mandatum. Et qui debeat et teneatur locari et costumare cuicumque voluerit nomine comunis Perusiae, exceptis exbannitis et exulibus ad laborandum terrenum, possessiones et res comunis Perusiae in Clusio. Et nulla alia persona de laboreriis seu terris comunis Perusiae audeat vel possit laborare vel habere in Clusio Perusino vel in aliis rebus comunis Perusiae nisi de mandato et locatione dicti sindici Comunis, nec de aliquo terreno seu laboricio comunis se vale-

Pene per l'osservanza non esatta, e rigorosissime per la contravvenzione. E solo sia lavoratore delle Terre del Chiugi chi sarà ordinato e costituito legittimo Lavoratore dal Sindico di Perugia

at

at immiscere ullo modo etc.

Che il sindaco possa ammettere ad abitare e lavorare le terre del Chiugi ancora i forastieri e stabilendo ossia lavorare il terreno, e lavorieri comuni, possa darle libera da ogni tassa per ara, casa, casalino e orto una mina di terra.

Volumus etiam quod sindicus comunis debeat et possit recipere personas forinsecas ad habitandum in Clusio prout sibi videbitur, et eis locare de terris comunis ad laborandum, et insuper dare et consignare cuilibet venienti ad standum causa laborandi de terreno et laboritiis communis in Clusio pro domo, area, casalino, et orto in quantitate unius eminae terre de terreno comunis libere, licite, de qua nil comuni seu altri persone teneatur seu debeat respondere.

A nessun nobile, ne ad alcun del contado possa darsi le terre da lavoro nel Chiugi e data si abbia per nulla la concessione.

Nulli prorsus nobili per sindicum comunis Perusiae de terreno seu possessionibus in Clusio laboritium aliquod concedatur, vel alicui comitatinsi. Et si concederetur vel locaretur concessio, seu locatio non teneat ullo modo: et quod ex dictis personis laboritium aliquod de praedictis acciperit vel in fraudem accipi fecerit puniatur de tali fraude in C. libras denariorum comuni Perusie persolvendorum.

Che il Sindaco sia tenuto locare le terre del Comune di Perugia e le possessioni del Chiugi a persone del tutto esenti da sospetto di nobiltà e di potenza, ne siano appartenenti alle loro famiglie.

Praeterea sindicus comunis Perusiae qui ordinabitur pro comuni ad locandum laboritia et terrenum comunis Perusiae teneatur praecise inter cetera pertinentia ad suum officium locare de bonis et convenientibus laboratoribus qui sint extra omnem suspicionem nobilitatis et potentie, nec sit de familiis eorum nec alicuius eorum terras et possessiones comunis Perusiae de Clusio, et etiam de novo supprehensas, et in comune reductas, et

ille

ille que apprehense erant, et detinebantur, et occupate erant indebite, tam per Ecclesias, et ecclesiasticas personas nobiles, quam per alias personas cuiuscumque conditionis existerent ultra vel aliter quam de iure debuerit in Clusio comunis Perusie dummodo non possit nec debeat locare nisi unam bubulcariam terreni, et possessionum de Clusio per personam que propriis manibus laboratoris vel cottumatoris laboraretur.

Ne debba locare a tali persona quelle terre che erano state occupate e si ritenevano indebitamente tanto da persone ecclesiastiche, e Chiese e persone nobili quanto da altre persone di qualunque condizione, ma ad altre purchè non possa locarne che una bubulcaria per persona che le lavori con le proprie mani.

Tendatur etiam sindicus memoratus pro comuni quam citius fieri poterit silvas et nemora totius Clusii terminare et pilastrari facere; Ita et taliter quod diffiniantur a rebus singularium personarum quae terminate non essent vel pilastrate. Et quod intra terminos et pilastros constituendas per sindicum memoratum nullus audeat vel presumat laborare, incidere vel lignare, ranchiare vel aliquod aliud facere laboritium vel fieri facere, et maxime Cortonenses aliquo modo cum licentia vel sine parochianorum vel alterius etc.

Termini subito e pilastri le selve e boschi del Chiugi, onde si distinguino da termini de' particolari.

Et quod sindicus comunis Perusie qui ordinabitur pro comuni ad locandum laboritia Clusii Perusini possit dare concedere et locare cuilibet laboratori tres starios terre de terreno comunis Perusie, si tantum terreni voluerit laborator, vel minus pro vineis plantandis et faciendis allevare facere et plantare debeat laborator, de quibus nil respondere comuni Perusiae, nec altori persone teneatur usque ad tres annos completos a die locationis, et a dicto termino in antea respondere comuni vel sindico ordinando ad hoc

Possa locare il sindico di Perugia ad ogni lavoratore tre stara di terra per piantare le vigne o meno, esenti per tre anni da ogni peso e dopo per 10 soldi di denari per ogni staro all'anno.

66v

ad hoc pro comuni quolibet anno, qualiter per dicta concessione et locatione XX sol. denariorum teneantur pro quolibet stariolo vinearum predictarum. Et dictus sindicus sibi caveri faciat idonee de dictis vineis plantandis et ponendis a laboratoribus intra terminum. Et si laborator non posuerit et plantaverit etc.

Dalla strada che và a Castiglione fino alla Pescia non si lavori mà stia per pascolo delle bestie.

Volumus quod ulterius non possit locari ad laborandum terrenum, quod est a strata versus lacum, quae vadit ad a Castilione clusino usque ad terrenum Pescie. Sed stare debeat totum pro pastura bestiarum. Et qui laboraverit in dictos confines vel laboritium aliter fecerit etc.

Si debban fare ogni anno venticinque case in Castiglione delli più ricchi, e potenti del Chiugi.

Et ~~quod [illegible]~~ quolibet anno in Castilione fiat et fieri et fieri debeant per homines Clusii ditiores et potentiores viginti quinque domus bone et idonee si facte non sunt. Et capitaneus Perusii qui pro tempore fuerit predicta fieri facere teneatur. Et si dicte domus facte sunt debeant ipse domus manuteneri et conservari in bono statu. Et quicumque contradiceret etc.

Si mantenga in buono stato la Tresa vecchia.

Volumus insuper pro utilitate Clusij perusini quod Tresa vetus debeat manuteneri in bono statu, et ubicumque est stricta et turpata debeat ampliari et remundari. Et Capitaneus faciat fieri predicta expensis hominum de contrata, et per homines supradictos.

Si debbino riconoscere dal Capitano del Comune accompagnato da [illegible] de

Volumus quod precise capitaneus comunis et populi Perusini inter cetera quae facere teneatur tempore sue capitanarie proficisci associatus ab illis personis de populo perusino et illo notario quos priores artium duxerint eligendos

gendos in Clusio teneantur ad videndum, recupe-
randum et examinandum terrenum totius Clusij
possessiones bubulcarias, silvas, et nemora, et res comu-
nis Perusiae quas habet in toto Clusio. Et confines et
diffinitiones et pilastrationes factas et que fieri et es-
se debent pro comuni Perusiae circum circa dictum
terrenum et res comunis Perusie si sunt et manent in
correcte et in eo statu et conditione in quo posite et
ordinate fuerunt et factae. Et etiam debeant ubi-
cumque preceptum factum fuit fieri, et facte fuerunt
mandato Dni Juliani de Ugonibus olim capitanei et vo-
luntate aliorum sapientum hominum qui fuerint
cum eo in Clusio, et aliae factae quocumque modo:
Et que esse debent in dicto Clusio scripte per Boricellum
Vitelli notarium vel alios quoscumque notarios, vel qua-
rum non appareatur scripture de eis. etc.

Da scegliersi da Priori ed un notaro a rivedere, e ricuperare il terreno del Chiugi, le possessioni bubulcarie, selve, boschi etc. e visitare i termini, terminare etc.

671

Et quod pro utilitate bladi quod recolligetur in
Clusio pro comuni Perusie in Villa Case maioris fiat
una domus expensis hominum dicte Ville et Ville Por-
tus Phylippi, et Ville Giojelle per homines dictarum
Villarum, si facta non est in qua reponi debeat bladum
Comunis. Quam domum predicti homines faciant et fi-
eri faciant compleri de lapidibus mactonibus et calcina
longitudinis xl. pedum, amplitudinis xxv. pedum, et al-
titudinis in cantonibus xx pedum ad pedem comunis Peru
sie. Et fiat una domus si facta non est, de eodem modo
et forma pro dicta causa ejusdem altitudinis, latitudinis,
et longitudinis in villa Curgnioli per homines dicte Ville,
et per homines et laboratores Clusij de castro Panicalis
et expensis eorum. Et fiat una domus si facta non est de
eodem modo et forma in villa Lainani. Et predicta domus
sit longitudinis xxx pedum et latitudinis xv. pedum, et
totidem altitudinis p homines dicte ville et eorum ex
pensis .... Et quod dicte domus tam facte quam facien
dae

Si facciano Case da riporre Grano ove non sono dagli uomini di Casa maggiore – Porto – Gjojella – Curgnolo Panicale

Curgnolo

Panicale

Lainano

67v

oae et ocarit per comune Perusie, et Parocchianos et emptores fructuum dicti Clusii manuteneri et conservari in bono statu.

Che nessun abitante o lavoratore del terreno del Chiugi possa avere più di tre staroli di terreno pel fieno o natrato.

Et quod nullus habitator seu laborator terreni Clusij comunis Perusie possit nec debeat habere nec possidere de terreno comunis pro feno habendo ultra tres stariolos: et ad hoc teneatur sindicus comunis Perusie scrutari et intueri veritatem, et si invenerit aliquem contrafacientem vel aliquam personam habere ultra vel aliter possit debeat et teneatur ei auferre laboritium, et alijs ut sibi videbitur ~~conferre~~ concedere persone. Et insuper in x. lib. den. condemnetur comuni Perusie solvendis.

Che nessuno possa lavorare nel Chiugi perugino più di una bubulcaria di terreno.

Nec etiam possit aliqua persona laborare in Clusio Perusino ultra unam bubulcariam terreni ad penam C. lib. den.

Et quod parrochiani et emptores fructuum Clusij accipiunt ad habitantibus Clusij et laboratoribus possessionum in Clusio plus xv. sol. de curva fini non observantibus capitulum statuti populi quod dicat ipsos non debere plus accipere quam v. sol pro curva ad penam x. libr. denar. pro quolibet cum dicentes quod in instrumento venditionis non sunt apposita predicta. sed generaliter comune Perusie eis vendidisse tertiam partem omnium fructuum.

Addentes etiam dicimus et ordinamus quod habentes poteria seu postas in dicto Clusio cuiuscumque dignitatis etc. Non ardischino estrarre senza licenza i frutti raccolti nel territorio chiusino, et facendolo senza espressa licenza etc. ,, sub pena mille lib. denariorum, perditionis grani, bladi aliarum rerum et bestiarum et perditionis dictarum postarum et poterium ipso facto etc.

Rubr. 117.

De arboribus silve Clusij non expedandis, culturis terreni Clusij et quibusdam alijs negotijs Clusij.

Nullus debeat expedare aliquam arborem de silvis Clusij infra fines comunis Perusiae, nisi pro edificio Lacus comunis Perusiae vel pro domibus Lagosciano-rum, et aliorum hominum habitantium in Clusio dumtaxat: dum tamen eis licitum non sit aliquam arborem mundare, vel scorzare nec aliquid facere quo predalia arborum destruantur, et si quis contrafecerit solvat nomine penae C. lib. denariorum nomine penae Comuni Perusiae et damnum emendare.

non sia lecito tagliare dal piè alcun albero delle selve nè spelare o scorzare

----- Et nullus audeat nec possit ligna dictis silvis portare ultra Clanas a Strata Olivelle ultra versus Clanas, nec alibi, nec alibi extra districtus Perusie, nec versus Cortonam. Et qui contrafecerit perdat bestiam quam ducerit cum lignis ipsis, et quilibet sit accusator etc.

Dalla strada della Olivella verso Chiusi non si possino portare legna.

------- Volumus insuper statuentes quod nulla persona audeat laborare intra silvas Clusij a terminis ste pilastris intus ullo modo nec etiam in silvis et intra silvas Montisaleri emptas per comune Perusie a D. Andreae Dni Guiductij Nigri. Et qui etc.

Salvis in omnibus supradictis et infrascriptis tam de lignamine quam de omnibus alijs pactis factis inter comune Perusie et capitulum canonicorum Sancte Mustiole de Clusio, et in suis instrumentis noscitur contineri. Et quicumque laboraverit cum tota sua familia inter Lacum et Clanas debeat et teneatur reddere tertiam partem fructuum omnium comuni Perusie de fructibus et proventibus predictis.

Salvo i patti fatti tra il Comune di Perugia ed i Canonici di S. Mustiola

chi lavora con tutta la sua famiglia tra il Lago e la Chiana debba rendere la terza parte di tutti i frutti.

Dumtamen

68v

Dum tamen quilibet de familia possit ibi retinere unum bovem et unum jumentum, et unam asinam, et pro ipsis debeat habere pasturam sine pretio. Et pro predictis bestiis et lignatico pro suis familiis et pro lignamine suarum domorum faciendarum de aliquo predictorum aliquid minime solvere teneatur: Sed omnia alia servitia teneantur facere quilibet sicut debet.

Purchè possa ritenere ciascuna famiglia un bove, un giumento, et un asina a pascolo senza pagar nulla pel pascolo.

Et omnes qui possident de terris Clusij laborent et laborare debeant et teneantur omnes terras quas possident quocumque modo. Et si laborare neglexerit capitaneus possit et teneatur nomine comunis auferre laboritium, et alteri locare pro comuni. Et nihilominus etc.

Quilibet autem Perusinus de Civitate et Burgis valens ire ad laborandum in Clusio de terreno Comunis Perusie possit et valeat ire impunis dummodo nullus possit laborare ex eo ultra unam bubulcariam. qui contrafecerit etc.

Possi chi vuole perugino andare a lavorare al Chiugi purchè non possa lavorare più di una bubulcaria.

Et euntes ad laborandum partem suam comuni vel alteri pro comuni de laboritio sicut alij laboratores de Clusio reddere teneantur scilicet tertiam partem fructuum frumenti et bladi comuni Perusie vel emptoribus Clusij contingentem - - - Et teneatur Capitaneus habere colloquium cum dno Epo Clusino, et cum dno Abate de Farneto super possessionibus quas habent in Clusio perusino - Et ipsas possessiones procurent habere pro comuni pro justo pretio, vel pro cambio

Et i lavoratori di tino corrispondere il terzo del grano et della biada.

Debba il capitano tener discorso col Vescovo di Chiugi e con l'abate del Farneto sopra le possessioni che anno nel Chiugi perugino. et averle per giusto prezzo o per cambio

cambio secundum quod melius pro comuni viderit expedire: et quicumque habet aliquid de terreno Clusij inter Laeum et Clanas et non fuerit sibi concessum per legittimum sindicum comunis perusie et ad illud spe-cialiter constitutum illud deveniat in comune.

Fiant etiam quinque domus et plures si necesse fue-rit pro conservatione bladi comuni debiti in Clusio cum parietibus. ----- Due domus fiant et sint in postis de Clusio ----- Et una domus in villa Sancti Fatucchij et una in Colle de Olivella --- una in villa Pani-cajole clusij

Et nulla persona que aliquo tempore emerit bubul-carias comunis perusie possit easdem bubulcarias labora-re vel laborari facere sub pena etc. — Non possa chi com pra le bubulcarie la vorarle

Et nullus laborator qui laborarit in Clusio perusino possit habere ultra tres staniolos pro orto et claustro et curia domus. — Tre stara per l'orto a claustro e corte della casa

Et pro aconcimine Clusij volumus quod si aliquis aliquod terrenum in dicto Clusio habet et ipsum non laboraverit in-ter unum annum quod liceat unicuique personae ipsum terrenum laborare. Et quicumque laborare non permiserit seu laboranti et laborare volenti impedimentum prestiterit pro vice qualibet C. lib. den. Coi Perusio pene nomine solvere teneatur dummodo pro Jesus S. non vendicet sibi locum in bubulcariis venditis vel vendendis per comune Perugie nec vendicet sibi locum in nobilibus de quibus in quibusdam capitulis ordinamentorum loquentibus de facto Clusij fit mentio conditis sub 1319. die XXVII Xbris scriptis per ma-nu ser Joannis magistri Andree notarij; quibus nobilibus non sit licitum laborare in Clusio Comunis secundum dicto.

Lib. IV. Rub: 118.

De Mensuris Comunis Perusie et aliis mensuris computato florino in solutionibus.

- - - - Et emine debeant esse ferrate.

Item quicumque emit seu emerit mensuras a Comuni seu fructus et redditus earundem precise debeat habere omni die Sabati viginti quatuor eminas. quinque medias eminas. quinque quartos. et quinque medios quartos.

- - - -

Item statuimus quod salma vini distribuatur in tribus barilibus; quorum quodlibet sit capax XX pittitorum quae tria barilia pro una salma justa habeantur tam in venditionibus, quam in emptionibus vini.

Volumus etiam insuper quod Potestas et Capitaneus de havere comunis faciant fieri unam eminam, dimidiam eminam, et medium quartum: et unum barile: dimidium, et tertium, et quartum et sint de ramo - - - -

Et quaelibet sacchetta in qua defertur arena sit et esse debeat capacitatis ad minus unius emine - - - -

Ordinaverunt et statuerunt quod vendentes quodcumque bladum vel legumina teneantur et debeant vendere et mensurare cum mensuris vel aliqua earum ad rasam scilicet vadendo sine fraude mensuram cum rasoria equali et plana sine aliqua juncta - - - - - - -

Addentes etiam declaramus quod quelibet salma grani, ordei, spelti et aliarum rerum mensurabilium sit et esse intelligatur trium eminarum: et corbes quatuor eminarum et qualibet emina sit etc - - - - - - -

Et

Et quilibet salma vini sit et esse intelligatur trium barilium vini justorum. Et barile justum sit capacitatis viginti petitorum vini.

Emina terreni sit et esse intelligatur centum et quinquaginta tabularum et qualiter tabula sit XV. pedum; et pes qualiter sit XV digitorum

Ad §. Et quod in solutionibus etc. Addimus attento quod ex antiqua et inveterata consuetudine, et ex comuni usu loquendi in civitate perusie florenus intelligitur de XL. bolonenis monete veteris perusine. Que moneta hodie ulterius non reperitur: sed solum expenditur moneta de marchia, que dicitur moneta nova. cujus monete nove quinquaginta boloneni sunt valoris dictorum XL. bolonenorum monete veteris perusine: et sic unius floreni. Et similiter duodecim grossoni de argento cum dimidio alterius grossoni remant et faciunt valorem unius floreni.

Idcirco ad tollendum omne dubium ne de cetero florenus simpliciter nominatus accipiatur pro floreno seu ducato auri prout de jure intelligeretur

Statuimus et ordinamus - - - - - floreni mentio simpliciter facta fuerit Florenus sit et esse intelligatur valoris XL. bolonenorum monete veteris perusine seu L. bolonenorum monete nove, vel duodecim grossonum cum dimidio sive centum solidorum.

70v

§. IV. A. 150.

Clemens Papa VII.

a tergo. Dilectis filiis Prioribus artium et Comunitati nostrae Civitatis Perusiae

Capitula infrascripta continent concessionem Clusij perusini, quam facit SS. D. N. D. Clemens divina Providentia Papa VII. Comunitati Civitatis sua Perusinae

Cum superiori mense Junij proxime praeteriti

Provvidenze Statutarie sopra i muri della Città.

Le provvidenze prese nello Statuto per la costruzione, inalzamento, e manotenzione de' Muri della Città sono comprese nel quarto libro alle Rubriche 57. 58. 61. 90.

La più estesa è la prima, nella quale, tolto il superfluo, si stabilisce: 57.

I. „Che il Magistrato con due buoni Maestri, e con due Uomini „da bene di ogni Porta debbino rivedere tutti i muri della „Città, e de' Borghi, e veduti trovandone bisognosi di rifaci„mento, o di riattamento, o minaccianti rovina li faccino mu„rare e riattare; purche prima intimino tutti i possidenti del„le Case esistenti vicino agl'istessi muri, acciò vi contribuischino „Scudi ₤ 12:50., se tanto vi voglia di spesa pel loro riattamen„to, e tutto il di più che vi abbisogni ne faccia il Magistrato „il cottimo per conto della Città.

II. „Non volendo contribuire la detta somma non possa il possi„dente vicino avere alcuna utilità nè comodo da esso muro, „o in esso muro; ed il Magistrato faccia rifare, o riattare, il detto „muro a spese della Città.

III. „Che a petizione di chiunque, sia tenuto il Magistrato sotto „pena di ₤ 50. ad eleggere buoni ed idonei soprastanti sopra „la riattazione, e riparazione di tutti i muri di travertino „della Città vecchia a spese della Città.

IV. „Che tutti i muri della Città e de' Borghi, e parapetti, e chiuse, „e recinti faccian fare i soprastanti in quell'altezza in cui sono „i muri a' quali debbono unirsi.

V. „Che chiunque faccia una fossa a meno di 40. piedi distanti „dalle mura, paghi ₤ 5. per ciascuna volta, che intimato a ri„empirla nol faccia.

VI. „Che non sia lecito ad alcuno di porre, o far porre in qualunque mu„ro della Città e de' Borghi alcun legno, o barbicone, dalla parte esterna

sopra

78v

„ sopra qualunque Casa che vi sia per di sotto.

VII. „ Che neſsuno faccia danno al muro o vicinto della Città e de'
„ Borghi, o del Campo di Battaglia, delle Fonti, o dell' Aquedotto
„ del Monte Pacciano, ne a qualunque muro pubblico, ne sia
„ ardito levare alcuna pietra, travertino, o mattone sotto pena
„ di ₰ 25. da pagarsi ciascuna volta che contraverrà, e sia ciò
„ non ostante obbligato a rimettere le cose tolte.

VIII. „ Che neſsuno ardisca impedire o chiudere la fossa della Città,
„ ma debbino essere liberi e spediti tutti e singoli contorni
„ della Città e de' Borghi, talmente che chiunque voglia possa
„ passare, andare, e tornare etc. e chi impedito ne tenesse il
„ passo, ed al primo avviso non lo sbrogliasse, paghi ₰ 25. per cias
„ cuna volta e ciò non ostante levi l' impedimento, eccettua-
„ ti i luoghi di S. Francesco, di S. Agostino, e di S. Maria dell' Oli-
„ veto.

IX. „ Tutti quelli che anno sopra il muro della Città, e de' Borghi, Case,
„ Casalini, o Casalino ed il muro sia devastato, o minacciasse rovi-
„ na, volendolo rifare, rialzare, o migliorare a spese proprie possino
„ farlo

X. „ Chiunque hà casa, casalino, o altra cosa vicino alle mura del-
„ la Città o de' Borghi non impedendo la strada possa murare et
„ edificare, e fare il suo comodo sopra lo stesso muro senza contra
„ dizione. Fuori che nel muro della Città sopra il Campo di Battaglia
„ dalla Chiesa di S. Donato di Porta S. Pietro, sino alla Chiesa di S.
„ Andrea di Porta Sole, nel quale non possa alcuno murare, ne
„ fare qualunque edificio.

XI. „ Che neſsuno possi fare o ritenere alcun versatoro o sciacquatoro
„ dalla parte esterna ne' muri della Città, o Borghi, dove fosse
„ Casa o Strada sotto pena di ₰ 50.

XII. „ Che ~~[illegible]~~ a chiunque abbia Orto, Possessione, o Giardino vici-
„ no al muro della Città, per cui paghi il terratico, gli sia lecito edifica
„ re e fare edificare da quella parte in detto muro, purche non sia
„ in pregiudizio di alcuna Chiesa, o del diritto di qualche particolare
„ persona.

XIII. „ Che tutti gl' abitanti, o altri che anno che fare vicino alle mu-
„ ra della Città, debban fare i parapetti a proprie spese nello stesso
„ muro, per quanto si estende, e prende il loro possesso. E chi precetta-
„ to nol farà, paghi ₰ 50. per ciascuna volta, che contraviene, e sia
„ costretto fare le cose suddette non ostante la pena pagata.

XIV. „ Che il Magistrato in ciascun mese mandi due Notari a rivedere i
„ muri della Città, e del Campo di Battaglia.

XV. „ Che alcuno non debba lavorare vicino ai muri de' Borghi sotto pe-
„ na di ₰ 50.

58.

I. „ Affinche i muri della Città, e de' Borghi possino mantenersi il
„ Magistrato a petizione di chiunque sotto pena di ₰ lir. 50. per
„ ogni volta siano tenuti di fare riattare tutti i muri tanto della
„ Città che de' Borghi con gl' averi e denaro della Città.

61.

I. „ Affinche la Città non sia offesa dalle immondezze, o fetori,
„ si ordina, che nessuna persona ardisca, o possa avere, o ritenere
„ nel muro o ne' muri de' Borghi alcun necessario, o luogo comune,
„ dal quale esca immondezza nelle fosse o carbonare, o altri Luoghi
„ esistenti fuori delle mura della Città, e chiunque ve lo avrà debba
„ richiuderlo, o murarlo in modo, che l' immondezza non esca di
„ sorte affatto da medesimi sotto pena di ₰ 50.

II. „ Purche a ciascuno sia lecito, volendovi avere qualche luogo, o ne-
„ cessario nel detto muro, o muri, senza pena, farvi un pilastro
„ sino in terra, o scavare il muro, e quindi introdurvi il neces
„ sario, o Luogo, e mandarlo così chiuso nel fosso o carbonara, o al-
„ tro sito, dove allo scoperto non possa da tutti vedersi la immondez-
„ za.

90.

I. „ Che sia fermamente osservato, non ostante qualunque statuto
della

79v

„della Città e del Popolo, o qualunque ordine precedente, o posteri-
„ore a questo capitolo: che chiunque il quale abbia la Casa, o il
„muro della sua Casa nel muro e sopra il muro della Città, e
„sia, o sia stato solito ad aver nel muro della sua Casa pianta-
„ta, come sopra, il poggiolo, o loggia, barbicone, o legni pel tempo di
„20. o di 30. anni, gli sia lecito ritenerli riattarli, ripararli, porvel-
„li di nuovo, senza contradizione di chiunque, non ostante che
„il terreno, o casa, o cosa che vi fosse sotto non fosse dello stesso
„padrone; e ciò anche non ostante la contradizione, o proibizione
„del possessor o possessori dello stesso terreno, casa, o cosa.

II. „Limitando che tutto il di sopra detto sia lecito, purche non getti
„dal poggiolo barbicone etc. cosa alcuna di sotto senza l'espresso con-
„senso e licenza del proprietario di sotto, quando non fosse cosa
„piccola, e da non farsene caso. Ed a ciò contravenendo replicata-
„mente sia lecito allo stesso proprietario di agire, perche detto pog-
„giolo etc: sia levato.

81v